APUD

SOCIETATEM EDITRICEM ROMANAM

ROMA - Via delle Coppelle, 35 - ROMA

excerpta ex Commentario VOX URBIS veneunt, quae sequuntur:

SATURIO

COMOEDIA

JOANNIS

B. FRANCESIA

LATINIS VERSIBUS CONSCRIPTA

ET IN TRES ACTUS DISTRIBUTA

EDITIO ALTERA

VEN. LIBELL. 1.00

TARCISIUS

ACTIO DRAMATICA

JOANNIS

B. FRANCESIA

VERSIBUS SENARIIS CONSCRIPTA

EDITIO ALTERA

VEN. LIBELL. 0.50

ARRAE GORGONIAE

MILESIA FABULA

JOACHIM ANTONELLI COSTAGGINI

VEN. LIBELL. 0.60

QUAELIBET OPERA EDENDA SUSCIPIUNTUR

Ann. XIV. ROMAE, Mense Maio MCMXI Num. V.

VOX VRBIS

DE LITTERIS ET BONIS ARTIBUS COMMENTARIUS

Semel in mense prodit

CONDIDIT ARISTIDES LEONORI EQUES

POSSIDET ATQUE ADMINISTRAT SOCIETAS EDITRIX ROMANA

Pretium annuae subnotationis, est:

In Italia: Libellarum **6**

ubique extra Italiam: Lib. **9** (Doll. **1,80**; Sch. **7**; M. **7**; Rubl. **4**; Coron. **9**)

ANTE SOLVENDUM ET RECTO TRAMITE MITTENDUM

AD SOCIETATEM EDITRICEM ROMANAM

ROMA — Via delle Coppelle, 35 — ROMA

SUBNOTATIO EXTRA ITALIAM FIERI POTEST:

IN RUSSIA

apud **Gebethner et Wolf** — **Varsaviae Polonorum** Rakowskie Przedmiescie, 15

apud **"Kronika Rodzinna"** — **Varsaviae Polonorum** Krakowskie Przedmiescie, 6.

IN ANGLIA

apud **Burns and Oates** — **London W.** 28, Orchard Street.

IN CANADA

apud **Libraire Granger Frères** — **Montreal** 1699, Rue Notre-Dame

VOX URBIS

DE LITTERIS ET BONIS ARTIBUS COMMENTARIUS

Usum latini sermonis per orbem universum tuetur ac fovet

Itaque, latine omnino exarata, scripta edit, quae populos omnes aliquo modo attingant, a publica re ad bonas artes, a litteris ad historias, a philosophicis ad sociales quaestiones, a nunciis et significationibus ad simplices et facili stylo expressas descriptiones, narratiunculas, dramaticas actiones; ab antiquitatis scientia ad dialogos vitae argumenta maxime communia tractantes, unde colloquia latine inire atque alere detur; a doctorum virorum scriptis nondum vulgatis aut parum cognitis ad primas adolescentum exercitationes, quae incitamentum veluti in palaestra eorum conatibus conferant; a Pontificiis denique documentis praecipuis ad iuris regulas in S. Congregationibus inductas; haec omnia ut quisque vel ex dissitis regionibus, aut cultu, doctrina, animi proclivitate, artibus alter ab altero difformis per commentarium eumdem explere desideria sua possit.

PRETIUM ANNUAE SUBNOTATIONIS EST:

In Italia libellarum 6;

ubique extra Italiam: Lib. 9 (Doll. 1,80; Sch. 7; M. 7; Rubl. 4; Coron. 9)

ANTE SOLVENDUM ET RECTO TRAMITE MITTENDUM

ad **Societatem Editricem Romanam**

ROMA — VIA DELLE COPPELLE, 35 — ROMA

QUAE COMMENTARIUM POSSIDET NUNC ATQUE ADMINISTRAT.

Ann. XIV. ROMAE, Mense Maio MCMXI Num. V.

VOX URBIS

DE LITTERIS ET BONIS ARTIBUS COMMENTARIUS

Rerum index:

De subsidiis quibus eget res latina commentationes. - II.
De Syllabi Pii PP. X propositione XXXVIII.
Philosophicae disputationes Modernistam inter et Thomistam. — De actus voluntarii dependentia erga actum rationis — Quid sit iudicium liberum penitius investigatur.
Ex Italis urbibus. De magno artium certamine insigniter Augustae Taurinorum indicto. - III.
Carduelis Evelinae.
Petrus Angelini.
Leo PP. XIII ad sepulcrum B. Petri. (Carmen P. ANGELINI).
Stili lapidarii elementa.
Paroemiae sive Adagia. Eum ausculta, cui quattuor sunt aures.
Ex Sacris Congregationibus Romanis sententiae novissimae selectae. Ex Congregatione Consistoriali. — Ex Congregatione S. Officii. — Ex eiusdem Congregationis sectione de Indulgentiis. — Ex Congregatione Rituum.
Diarium Vaticanum.
Annales: Mauritanum civile bellum. — Albanensis seditio.
Publici per orbem coetus legibus ferendis.
Per orbem.
Ioci.
Epistolarum commercium.
Sociis et lectoribus monitum.
Aenigmata.
Appendix: Euplius.

DE SUBSIDIIS QUIBUS EGET RES LATINA COMMENTATIONES [1]

II.

In hac quae nunc habetur diversitate sententiarum de optima pronuntiatione sermonis latini, quaecumque argumenta pro hac aut illa consuetudine afferuntur aut afferri possunt, in clariori luce sistemus diiudicanda, si prius nobiscum reputaverimus ad quosnam usus curricula latina spectent, h. e., utrum ad solam antiquitatis cognitionem referantur, an etiam ad aliquam saltem hodiernarum rerum communicationem viva voce efficiendam adhibeantur. Quod si omnem omnium industriam perlectio latinarum litterarum et rerum antiquarum notitia sibi vindicant, tum recte et merito defendentur quaecumque rei latinae administrandae rationes ad antiquitatis puritatem per omnia conservandam, omni depulsa modernitatis admixtura, pertinere videbuntur; sin autem et nostrum quoque qui hodie sumus interpretem latinum sermonem fieri expedit et melior commodiorque existimatus ea docendi ratio quae confabulandi exercitationibus utitur, quis tandem linguae latinae amator dubitabit utrarum partium sententias exsequatur? Namque nullo modo fieri potest ut omnia simul possideamus; si in vetere tantum Latio versari malumus, furca expellenda sunt quaecumque ab antiquitatis finibus digitum transversum discedunt et summo studio expetenda est vel minima particula veritatis archaeologicae - quae quidem veritas profecto non minus sonis constat quam vocabulis: scilicet nemo genuinum sermonem usurpari putaret aut risum teneret si quem deprehenderet in germanica lingua Italorum vocalibus utentem.

Quamquam haec similitudo ei rei quam consideramus non omni ex parte convenit, quum non per saltum, ut aiunt, ad nos devenerit lingua latina, sed traditioue perpetua; neque Graeci probabili defensione carent, qui hodiernos sonos per diuturnam traditionem conservatos at ab aurea aetate longissime discrepantes constanter adhibent ac tutantur. Simili prorsus ratione nobis fateri licet nulla in gente conservari puritatem antiquae Romanorum pronuntiationis et hanc quam recentiores doctores astruxerunt ad veterum usum proxime accedere; immo vero concedi etiam potest indolem gravitatemque sermonis latini veris illis sonis ipsius optime referri atque exprimi: neque quisquam infitias ibit quin declinationes vocum et derivationes clarius explicentur si suus cuique voci sonus tribuatur; nihilominus tamen in praxi paedagogica non consequitur ut huic minutiarum subtilitati universos tirones mancipare debeamus et, dum pauculas vocum inter ipsas commutationes magis perspicuas reddamus aut carmen aliquod Horatianum ore vere latino canamus, societatem auxiliaque eorum quibuscum alioqui coniunctis viribus agere poteramus prae vana imagine aspernari. Verum enimvero nihil obstat quominus aliqua severitas doctrinae academicae cum generali libertate componatur. Quoties enim quique tironum ad philologicas quaestiones eruditur? cui, quaeso, praecluduntur digressiones in dumeta et vepreta hinc illinc apparentia, si universum agmen expeditiori itinere ducitur? Saepenumero animadverti indignabundus in aliqua classe primi anni neglegi vocabulorum si-

(1) Cfr. num. sup.

EUPLIUS (6

Actio dramatica a I. B. Francesia versibus senariis exarata.

EUPLIUS.
Sunt etenim!

VOLUSIUS.
Salvere primum vos iubeo,
Et aetas surgat auspicor felicior!

I. CHRISTIANUS.
Cur trudimur custodiam, te consule?

II. CHRISTIANUS.
Vexat, occidit barbarus nos carnifex?

III. CHRISTIANUS.
Licet dum ceteris libero pro arbitrio
Baccho servire, Marti vel Mercurio,
Docent operari cuncti qui turpia....

I. CHRISTIANUS.
Nobis servire denegatur Numini
Tulit quod rectam, crim'nisque nesciam
Legem!

II. CHRISTIANUS.
Quae fratres nos amare praecipit.

III. CHRISTIANUS.
Vetat tanti'lam ferre vel iniuriam.

IV. CHRISTIANUS.
Et omne fortiter sufferre et perpeti.

V. CHRISTIANUS.
Morique potius foede quam pollui.

VI. CHRISTIANUS.
Potens qui cuncta moderaris agmina
Deus, recedant caedes, cedant supplicia,
Saltem pro filiis!

III. CHRISTIANUS.
Tenellis parvulis!
Queis matres saepe consumuntur miserae!

VOLUSIUS.
Lubens, quid dicam? persequar consilium,
Sed omnium labitur seclorum pessimum.
Urget nam saeva Caesaris cupiditas,
Auri tot gentium inhiandi et sanguinis,
Movet quae fideles perdendi funditus.

EUPLIUS (*solemniter*).
Erit prope tempus civitas quo Catana.
Magna in quiete pacis et concordiae,
Nec fides amplius plectetur vinculis,
Et Agatha cunctis suis dominabitur.

CYRUS.
Adest Calvisianus et bonus Maximus...
Iuvat hinc ire! Quid machinantur perfidi?

VOLUSIUS.
Ite vos intro! (*exeunt ceteri*).

SCENA VIII.

CALVISIANUS, MAXIMUS et VOLUSIUS.

CALVISIANUS (*introgrediens*).
Sed te expectat populus!
Tuis qui laetatur maxime muneribus.

VOLUSIUS.
Si me vocaret nunc bellorum buccina,
Non aetas etsi floreat ut antea,
Tamen mori foret dulce pro patria
Mihi: sed turpe nunc videtur homines
Mutuo occidi vulnere in solatium!
Ehu! quantum mutantur mores et tempora!

CALVISIANUS (*ironice*).
Haud miror equidem tuam modestiam,
Soles qui gestare cor erga miseros.
Tui vidi pauperes pulsare saepius
Et confidentius fores palatii,,...

MAXIMUS.
Hic est Christianus mos: in sinum volvere
Suam qua ceteri gaudent substantiam!
Hoc inquam!

VOLUSIUS.
Non ergo meo pro arbitrio
Meum quibus lubet queo concedere?

CALVISIANUS.
At istum socii morem Christi gerunt!

VOLUSIUS.
Malum est? Bonum? Si erit bonum non pigeat
Ab ipsis sumere hanc vivendi regulam. (1)
Isti quos nimio vides vino tumidos,
Erunt Christiani? Bonae sunt ipsi fruges!
Haud ipsi multos repellent Barbaros,
Multas nec merebunt laurus militiae.
His ergo pollet Romanus exercitus?
Miles nec favebat ullis deliciis.
En quae voluptas *panis vel circensium*
Turbam nepotum Romanorum rapit!
Meis nec oculis feram spectaculum.
Vale. (*Exit*).

CALVISIANUS.
Vidisti?

MAXIMUS.
Vidi! Parum nunc abest
Quin ipsum noverim Christi discipulum.

CALVISIANUS.
Macte virtute, Maxime; divitiae
Volusii cadent nostras in capsulas;
Erit sed cumulus, cum gratia Caesaris!

MAXIMUS.
Sine modo ut mecum dolos concenturiem
Cadant ut ipsi bellule in reticulam. (*Recedunt laetantes prae victoria*)

SCENA IX.

POPULUS, MILITES *(canentes):* (1)
Aetas cum rideat,
Quaeramus gaudia!
Flores nam transeunt!
Venit tristitia!
Bacchus nos adiuvet,
Pluto nos cumulet.....
Edamus lautius,
Cras enim morimur.

FINIS ACTUS PRIMI.

(1) *Conglobatim exeunt ac transeunt ebrii, vino tumulenti, quorum alii alios sustentant.*

SOCIETAS EDITRIX ROMANA

ROMA - Via delle Coppelle, 35 - ROMA

praeter Commentarium VOX URBIS possidet atque administrat
CATHOLICA ITALORUM DIURNA

CORRIERE D'ITALIA
ROMAE

L'AVVENIRE D'ITALIA
BONONIAE

CORRIERE DI SICILIA
PANORMI

quae notitias sibi proprias quotidie accipiunt tum ex Italia, per quam latissime diffunduntur, tum e praecipuis civitatibus orbis universi.

PRETIUM ANNUAE SUBNOTATIONIS PRO UNOQUOQUE EST:

In Italia libell. 16; ubique extra Italiam libell. 34.

SUBNOTATIO *CUMULATIVA* CUM COMMENTARIO *VOX URBIS:*

In Italia libell. 19; ubique extra Italiam libell. 38,50.

SOCIETAS EDITRIX ROMANA
RECENS ETIAM APUD SE CONSTITUIT
OFFICIUM NUNTIORUM ET PUBLICAE RERUM PRAEDICATIONIS
tum per Italiam omnem, tum apud exteras gentes.

TEMPERANTIA IN PRETIO — DILIGENTIA IN OPERE

APUD

SOCIETATEM EDITRICEM ROMANAM

ROMA - Via delle Coppelle, 35 - ROMA

excerpta ex Commentario VOX URBIS veneunt, quae sequuntur:

SATURIO

COMOEDIA

JOANNIS B. FRANCESIA

LATINIS VERSIBUS CONSCRIPTA

ET IN TRES ACTUS DISTRIBUTA

EDITIO ALTERA

VEN. LIBELL. 1.00

TARCISIUS

ACTIO DRAMATICA

JOANNIS B. FRANCESIA

VERSIBUS SENARIIS CONSCRIPTA

EDITIO ALTERA

VEN. LIBELL. 0.50

ARRAE GORGONIAE

MILESIA FABULA

JOACHIM ANTONELLI COSTAGGINI

VEN. LIBELL. 0.60

QUAELIBET OPERA EDENDA SUSCIPIUNTUR

Ann. XIV. — ROMAE, Mense Iunio MCMXI — Num. VI.

VOX VRBIS

DE LITTERIS ET BONIS ARTIBUS COMMENTARIUS

Semel in mense prodit

CONDIDIT ARISTIDES LEONORI EQUES

POSSIDET ATQUE ADMINISTRAT SOCIETAS EDITRIX ROMANA

Pretium annuae subnotationis, est:

In Italia: Libellarum **6**

ubique extra Italiam: Lib. **9** (Doll. **1,80**; Sch. **7**; M. **7**; Rubl. **4**; Coron. **9**)

ANTE SOLVENDUM ET RECTO TRAMITE MITTENDUM

AD SOCIETATEM EDITRICEM ROMANAM

ROMA — Via delle Coppelle, 35 — ROMA

SUBNOTATIO EXTRA ITALIAM FIERI POTEST:

IN RUSSIA

apud **Gebethner et Wolf** — **Varsaviae Polonorum**, Rakowskie Przedmiescie, 15

apud **" Kronika Rodzinna "** — **Varsaviae Polonorum**, Krakowskie Przedmiescie, 6.

IN ANGLIA

apud **Burns and Oates** — **London W.**, 28, Orchard Street.

IN CANADA

apud **Libraire Granger Frères** — **Montreal**, 1699, Rue Notre-Dame